

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

P-Z - Ettenheim-Münster 91

Richard, Jean

[S.l.], 1776

Index primus

[urn:nbn:de:bsz:31-110889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110889)

91

Index Primus

Ad normam quatuor totius operis hujus
Tomorum ordine Alphabeticis et per numeros
uno Cardinali altero marginali summam
exhibens distributionem omnium iis conten-
torum, unacum annotatione temporum die-
rum et festorum ad qua destinati sunt.

Tomus Primus.

A
Afflictiones,
Calamitates, arumnae p.

Sermo Primus
pro feria tertia secunda hebdomadis in
quadragesima.

Calicem meum bibetis. Matth. 20.

Homini probo afflictiones graves et intolerabi-
les videri non debent: Deus in ipsis cum ipso
est: Cum ipso sum in tribulatione. Qui fasti-
dium creare nec dilatare esse debent: Deus cum
in iis cum ipso est. Deus ab illis ab iis liberabit:
Eripiam eum. Minus adhuc de iis erubescere debet,
Deus ex iis argumentum gloriae ipsius faciet:
et glorificabo eum.

Num. uterque
j. et reliq.

Adversitates,
Persecutiones, Cruces arumnae p.

Sermo Secundus.

Plorabitis et flebitis vos, mundus gaudet,
vos autem contristabimini; sed tristitia
vestra vertetur in gaudium. Joan. 16.

Num. 12. 27. et
seq.

Si Deus suos affligit, tum ideo quia ipsos diligit,
et si minus illos diligeret, forte ad extra videretur
indulgentior. Vult ipsos salvare, et afflictio est
unum ex magnis mediis, quibus utitur, quia non
potest aut non vult illos efficacius quantum ad
ipsum, et magis amanter quantum ad se ipsum, per
afflictiones salvare.

Documenta moralia circa idem argumentum,
Supplementum

N. 23. 43.
et seq.
35. 64.

292

Ambitio.

Cupiditas honorum, Desiderium gloriae, Superbia, p.

Pro Feria quarta secunda septimana in Quadragesima

41. 74.

Sermo primus.

Nescitis quid potatis: potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? dicunt ei: possumus. Matth. 20.

Cum Jesus Christus, ut homines humilitatem doceret, non sine speciali providentia sibi discipulos elegit, qui quamvis obscuro genere nati, tamen essent ambitiosi, et mundani honoris cupidi.

Id ad institutionem nostram factum, ajunt SS. Patres, ut scilicet ex turpitudine hujusmodi cupiditatis veros nostrae characteres cognoscamus, ac praescripta, quae ipsis circa tam grave argumentum daturus esset, nostrorum morum regula nobis servent, et ad sanctam illam humilitatem nos adducant, sine qua nulla salus sperari potest.

Ambitio est coeca in suis praesentationibus, arrogans in suis sensibus et cogitationibus, odiosa in suis consecutionibus et affectibus. Verum si coeca est in suis praesentationibus, hanc coecitatem corrigere debet humilitas Jesu Christi. Si arrogans est in suis sensibus et cogitationibus, hanc arrogantiam corrigere debet humilitas Jesu Christi. Et si odiosa est in suis consecutionibus et affectibus, tum odium illius et invidiam suffocare debet humilitas Jesu Christi.

Ambitio.

Cupiditas honorum, Desiderium gloriae, Superbia, p.

Pro eadem feria

50. 90.

Sermo secundus.

Dixit ut sedent hi duo filii mei unus ad dexteram et alter ad sinistram in regno tuo. Matth. 20.

Magnitudines terrae sunt magnitudines periculosa, sive a natalibus proveniant, sive ex ambitione praesentatae sint, sive labore et industria acquisita.

69. 106.
70. 119.

Documenta moralia.
Supplementum.

Amor

Amor Dei

Pro feria Secunda Paschatis.

Nomen cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur ad nos in via? Luc. 24.
Sermo Secundus Primus.

72. 129.

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur ad nos in via? Luc. 24.
Deum diligere non possumus nisi illum cognoscamus, et quò magis illum cognoscimus, eò magis nos ad illum amandum obligatos sentimus. Est ipsamet veritas; ergo illum cognoscere debemus. Est ipsamet bonitas; ergo illum amare debemus, et ipsamet hoc quod grave et essentiale munus nostrum est. Ipse solus est primum principium nostrum et ultimus finis noster. Ergo ad ipsum solum referri debent omnes cogitationes mentis nostrae, et omnes motus cordis nostri.

Documenta moralia
Sermo Secundus.

Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Matth. 4.

81. 135.

Ut verò amatur Deus, oportet eum proferre omni necessitatis praeteritui, omni cupiditatis illicito, omni impunitatis tentationi.

Pro prima Dominica Quadragesima.

Documenta moralia

90. 144.

Supplementum

105. 167.

Amor Proximi.

Sermo Primus.

Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse homini illi, qui incidit in latrones? At ille dixit; qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: va de et tu fac similiter. Luc. 10.

Pro Dom. 12 post Pentecosten.
110. 175.

Christus Jesus in proximo nostro collocavit quicquid nos impellere potest ad illum amandum; sed cupiditas in nostris cordibus contra proximum nostrum ponit quicquid nos inducere potest ad illum non amandum. Christus Jesus fortissimis vinculis nos proximo nostro conjungit, nosque ad illum amandum potentissimis incitamentis obligat. Cupiditas mundana et proprii commodi studium à proximo nostro nos separant ad habendam ergo ipsum plusquam ethnicam insensibilitatem aptis. Ex Jesu Christi documentis proficere non possumus, nec ejus

Posidivum
briap.
da septima
us.
testis liber
? dicitur
nes humilit
videntia lib
scuro gener
indam honor
m factum, q
ndine hujus
aves cognosc
n grave prop
morum regul
humilitatem
sperari pot
entationibus
ibus, odiosa
arum hinc
am corrigere
ans est in h
tiam corrigere
odiosa est in
um illius et
Christi.
idarium glori

exempla sequi, nisi diligamus proximum nostrum. Non possumus falsis et perniciosis cupiditatis placitis, aures praebere, nisi amorem, quem proximo nostro debemus, in nobis extinguamus.

De amore proximi
Sermo secundus.

119. 187.

Pro feria 5^a
3^a hebdom.
in quadrag.

Turba requirebant eum, et venerunt usque ad ipsum, et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei. Luc. 4.

In praecipuo amoris proximi tria possumus considerare; naturam praeccepti, ordinem praeccepti, Spiritum praeccepti. Natura praeccepti nos obligat ad amandum proximum nostrum. Ordo praeccepti nobis modum praescribit, quo illum amare debemus. Spiritus praeccepti nobis denotat rationes, ob quas illum amare debemus. Cupiditas et amor proprius tamen nobis alia sensa inspirant; et inde provenit, quod contra huius praeccepti naturam peccamus per visibiles violationes, contra ordinem huius praeccepti per eversionem regularum quae in eo nobis praescribuntur, contra Spiritum huius praeccepti per mille secretas illusiones, quae nos impediunt, ne illud adimpleamus.

177. 196.

134. 207.

Pro Dom. 5^a
post Pentecost.

137. 213.

Documenta moralia

Supplementum.

De Amore Inimicorum.

Sermo primus.

Si offers munus tuum ad altare, et tibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque munus tuum tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo. Matth. 5.

Quousque perfectio christiana in amore inimicorum nostrorum protendatur, et quid nos obliget ad hanc perfectionem. Quomodo et cur illum diligere debeamus.

De amore inimicorum

Condonatio injuriarum, Reconciliatio, p.

Sermo secundus

Pro fer. 6. post
Cineres.

146. 226.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui oderunt vos, p. Matth. 5.

Si habemus inimicos, festinemus ipsis reconciliari; esturgens obligatio. Si inimicos habemus, ipsis ex toto corde est absoluta obligatio. Sine dilatione ipsorum amicitiam praestemus, ipsis nostram demus sine limitatione et exceptione. tempestive et sincere reconciliemur ipsis.

Documenta moralia 155. 238.
Supplementum 165. 258.

Avaritia.

Sermo Primus.

Dixit unus ex discipulis ejus Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus, quare hoc unguentum non venit trecentis denariis, et datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat. Joan. 12.

Pro feria 2^a
Hebdom. 3^{ae}:
169. 266.

Avaritia mentem excoecat, et talis, qui avarus est, omnino conatur sibi persuadere, quod non sit avarus. Avaritia cor indurat, et talis qui passionem hanc novit et sentit, parum curat media necessaria quaerere, quibus ab ea liberetur.

Sermo Secundus.

In his jacebat multitudo magna languentium, coecorum, claudorum, aridorum expectantium aquae motum. Joan. 5.

Pro feria 6^a
1^{ae} hebdom. in
Quadrages.
180. 281.

In quovunque statu et quacunque temporis varietate avarum consideremus, ubique infelix est. Tantum abest, ut ipsius avaritia ei quamdam satisfactionem in praesenti vita tribuat, aut aliquam securitatem pro futura, est in hoc mundo ipsius supplicii instrumentum, et funestum ipsius in altero infortunii praesagium. Ipsius avaritia illum in sua vita infelicem reddit et in morte adhuc infeliciorum.

Documenta moralia 191. 293.
Supplementum 201. 308.

B.

Bachanalia, oblectationes, libidines, Bachanali-
orum.

Sermo Primus.

Filius hominis tradetur, et illudatur, et flagellabitur, et postquam flagellaverint, occident eum. Luc. 18.

Pro Dominica
Quinquagesi-
mae.
204. 1.

Hicce duntaxat diebus innovatur Passio Dominis nostri Jesu Christi, tradendo illum inimicis suis, Tradetur; illudendo ei, Illudatur; morte illum occidendo, occident eum.

396
Pro fest. 2. val 3.
post Dominic.
Quinquagesimae
255. 12.

Sermo Secundus

Domine ut videam. Luc. 18

Peccatores hisce diebus Iesum Christum inho-
norant scandalosis impietatibus suis; Sed etiam
Iesus Christus ex sua parte illorum impietates
ulciscitur per coecitatem, qua illos percutit. Contu-
malia afficitur, Sed etiam vindicatur.

224. 26.

Documenta moralia
Supplementum.

244. 53.

Beatitudo.
Beati, coeli et terra bona.
Vide Paradisus.

Pro Dom. 2. 2^a
in Quadrages.
247. 59.

Sermo Primus.

Domine bonum est nos hic esse: faciamus tria
tabernacula. Matth. 17.

Intuemur felicitatem presentem velut rem possi-
bilem, quia illius difficultates non videmus; et con-
sideramus felicitatem futuram tanquam rem fera
impossibilem, quia nimis magna obstacula in ea
superanda videmus. Emendamus binos hos errores
duobus contrariis veritatibus. Nunquam possumus
esse vere et perfecte beati super terram, prima ve-
ritas. Possumus tamen succendo vitam sanctam su-
per terram mereri, ut simus aliquando beati in coelo,
Secunda veritas.

Sermo Secundus.

Pro festo omnium Sanctorum.

257. 72.

Gaudete et exultate, quoniam merces vestra
copiosa est in coelis. Matth. 9.

Sancti qui cum Deo regnant in coelis sunt soli per-
fecte beati. Habent quod diligunt, et diligunt
quod habent. Universali felicitate fruuntur et
aeterna. Omnia bona in aeternum possident.

265. 83.

Documenta moralia.

279. 103.

Supplementum.

Pro ingressu
Adventus.
281. 111.

Blasphemia.

Sermo Primus.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.
Exodi 20.

Duo summum blasphemia horrorem nobis injice-
re debent, insignis injuria quam Deo infert, et terri-
bilia supplicia quibus Deus illam afficit. Blasphemia
perpetrata, blasphemia vindicata.

Documenta moralia.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 5. post Pentecostam. 288. 129.

Nunc autem deponite et vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Coloss. 3.

Santur blasphemii, et plures adhuc dantur qui blasphemari audiunt. Oportet ut priores se emendent, sive ex furoris impetu, sive ex indignatione, sive ex habitu blasphemant. Oportet ut isti se zelo arment contra illos quos blasphemare audiunt, ne se illorum peccati blasphemando reos faciant.

Documenta moralia. 299. 145.
Supplementum. 305. 157.

C.
Confessio.
Sermo Primus.

Pro Dom. 3. post Epiphani. vel pro 13. a post pentecosten. 309. 1.

Duos ut vidit Jesus, dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus; et factum est, dum irant, mundati sunt. Luc. 17.

Oportet animos adire iis, quos verecundia impedit, quo minus confiteantur; et docere illos, qui confitendo sinceritatem et diligentiam necessarias non habent. Ite: magna ratio fiducia pro illis, qui confessionis tribunal accedere verentur. Ostendite vos sacerdotibus: insigne documentum pro iis, qui ad illud in spiritu dissimulationis et mendacii accedunt.

Sermo Secundus.

Pro Dominica 4. Adventus. 320. 19.

Venit Joannes in omnem regionem Jordanis, prae-dicans Baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Luc. 3.

Quid sit Confessio, et ad quid nos obliget. In quam sint necessariae conditiones, ut bona sit et perfecta.

Documenta moralia. 377. 40.
Supplementum. 343. 69.

Conscientia
Sermo Primus.

Pro Dominica prima Adventus. 345. 71.

Mundus gaudet, vos autem contristabimini. Joan. 8.

Nihil est magis fatale quam quies peccatoris, qui arbitratur se malum non agere, eo quod conscientia sua ipsum non redarguat: nihilque ita illius interest, quam ut perniciosam hanc securitatem abiciat. Unde

falsa haec in medicis maximorum peccatorum suorum
conscientia tranquilla pax provenit? In inprovisis exa-
minandum erit? Quibus medicis ab ea liberari potest.
Id sequentibus declarabitur. Inveniam sunt hujusmodi
fatalis securitatis principia, et quamam illius reme-
dia.

Pro fer. 2. post Dom.
i. Adventus.
354. 87.

Sermo Secundus.

Surgent Pseudo-christi et Pseudo-prophetae, et
dabunt signa magna, ita ut in errorem inducantur, si
fieri potest, etiam electi. Matth. 24.

Quia dantur Moderatores et Casuista, quorum ali-
qui sunt nimis Severi, alii vero nimis commodi, acrit,
ut ii, qui illos consulunt, atque ab illis regi se permit-
tunt, sapia sibi malam conscientiam afficiunt, quidam
sibi nimium adulando, alii metuendo seque ipsos per-
turbando. In hac perturbatione oportet iniquos hos
Moderatores et ~~casuistas~~ Casuistas imprudentes Casuistas
deserere. Oportet abesse debet immoderata Severitas
et inconsulta indulgentia. Timor est inspirandus con-
scientiis illis, quas remissa Moralis nimium tranquillas
efficit. Oportet cum prudentia consolari et quietas red-
dere conscientias illas, quas inconsulti Scrupuli nimium
tarruere.

364. 102.
980.

Documenta moralia.
Supplementum ibid.

Consuetudo.

Mos seu consuetudo, perversitates publica
mala exempla

Pro fer. 2. val. 3.
post Dom. Quin-
quagesima.

Sermo Primus.

Qui praecedebant increpabant eum ut taceret,
ipse vero multo magis clamabat, fili David
miserere mei. Luc. 18.

382. 123.

Qui se publicis pravitatibus tradit, et dicit, quod
aliud non agat, quam quod alii faciunt, malo utitur
praetextu ad quietam reddendam conscientiam suam,
utque a peccato exemptam, se abbitretur.

In Evangelium
Fer. 3. post Dom.
Palmarum
399.

Sermo Secundus

Per diem festum solent dimittere illis unum
vinetis, quemcumque petierint. Erat autem qui
dicebatur Barabbas, qui cum seditionis erat vine-
tus, qui in seditione facerat homicidium. Marc. 15.

Tracere quod plerumque effrenata facit, et sequi malas con-
suetudines est? magna mentis debilitas. 2^a major cor-
dis depravatio.

Documenta moralia 432. 172.

Supplementum 433. 196.

Contritio

Dolor de peccato, conversio, poenitentia p. Profer. 3. post
Sermo primus. Dom. i. Advent.

Pater tuus et ego dolentes querebamus te.
Luc. 2.

Dolor de peccato ut sit meritorius et sincerus, debet esse in corde, imò in toto corde. Illum quomodocumque placuerit, nuncupate, vel contritionem sine Sacramento, vel attritionem cum Sacramento, vel dolorem perfectum, aut imperfectum: in quocumque sensu sumatur, de fide est, quòd has duas conditiones habere debeat, nempe esse in corde, prima: debet esse in toto corde, secunda.

Sermo secundus

Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta, et nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Luc. 4. Pro Jer. 4. post Dom. i. Advent. 449. 214.

Sunt multi reapse peccatores, dantur etiam multi in speciem poenitentes, sed paucissimi inveniuntur, qui verè sint contriti, et qui verum dolorem de peccatis suis habeant. In aliquibus non est nisi dolor naturalis et humanus, in aliis non est nisi dolor delicatus et sterilis, in ceteris non est nisi dolor fluxus et instabilis. At verò ex his omnibus contritionibus si tamen contritionum nomen merentur, nulla expectanda est sanatio. Si dolorem vestrum de peccatis vestris meritorium et talem, ut ex eo justificemini, efficere cupitis, opponite dolori naturali et humano dolorem supernaturalem et divinum; dolori illi delicato et sterili dolorem amarum et efficacem, dolori illi fluxo et instabili dolorem perseverantem et immutabilem.

Documenta moralia p. 462. 251.

Supplementum 479. 258.

CONVERSIO.

Poenitentia, vitae immutatio, contritio cordis, mortificationes et austeritates corporales

Sermo primus.

Nunc ergo dicit Dominus: convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, et in fletu, et in planctu. Joel 2. Pro Jeria quarta Cinerum. 488. 270.

Deus qui nos hortatur ut convertamur ad eum, duo à nobis exigit, quorum primum est immutatio cordium nostrorum, secundum mortificatio corporum nostrorum. Deseramus peccata, quae flemus; expiemus peccata, quae deserimus; hoc Deo Sufficiat. Deseramus peccata, quae flemus, esse cordium nostrorum immutatio; expiemus peccata, quae deserimus; esse corporum nostrorum mortificatio et duo varca et perfecta conversionis signa.

Sermo Secundus.

Profer. 2. 5^{ta}. Septimana in Quadrag. 500. 285.

Quaeritis me et non invenietis, et ubi ego sum non potestis venire. Joan. 7.

Convertamur, est obligatio non modo necessaria sed et urgentissima, ne de die in diem conversionem nostram differentes, tandem ad deveniamus, ut ai cum suo sum operam navare non amplius valeamus: cur? quia, si converti differamus, tempus inopinato nos occupare, gratia nobis deficere, voluntas nostra nos providere potest. Tempus promissum nobis non est, gratia nobis non debetur, voluntas nostra non semper est constans et sincera.

510. 299.

Documenta moralia p. Supplementum.

527.

Correptio.

Profer. 3. 2^{ca} hebdomad. in Quadrag.

Obligatio proximum corripienti, admonendi, nec non ad rectam viam ipsum reducere conandi.

529. 332.

Sermo Primus.

Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Matth. 18.

Quantum correptio fraterna est necessaria, tantum vel negligitur vel est infructuosa. Pauci illam faciunt, pauciores adhuc eum successu illam adhibent. Tu qui eam negligis vade et corripe fratrem tuum: Est urgens charitatis munus. Tu qui illam male facis, media adhibe apta ut optatum sortiatum effectum, corripe fratrem tuum inter te et ipsum solum; Sunt prudentia temperationes, quas observare oportet. Si charitas tibi hoc munus imponit, ne arbitraris te ab eo animi posse: verum si hoc charitatis officium dirigi debet à prudentia, ne tibi imaginaris illud felicem habere posse successum nisi adhibitis quibusdam necessariis precautionibus.

Profer. 4. 3^{ca} hebdomad. in Quadrag.

Sermo Secundus. Obligatio illam faciendi et recipiendi.

Accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribae et
Pharisaei dicentes: Inane Discipuli tui trans-
gredimur traditionem Seniorum. Matth. 15.

544. 351.

Non solum corrigendus est proximus quando pec-
cat, sed etiam oportet, ut corruptionibus, quas ipse
met, ubi male agit, auipit, bene utatur. Ex corrup-
tionibus, quae nobis fiunt, non proficere, est aliquo
modi velle, ut Deus nos etiamnum invitos salvet, cum
nihil anima funestius sit, quam ipsius velle rebol-
tio adversus proximi admonitiones.

Documenta moralia..... 554. 371.

Supplementum..... 574. 402.

Christianus.

Religio et vita Christiana, Spiritus
Christianismi, dignitas et officia Chris-
tiani.

Sermo Primus.

Miserunt Iudaei Sacerdotes et Levitas ad Jo-
annem, ut interrogarent eum: Tu quis es. Joan. 2.

Pro Dom. 3 Ad-
ventus. p.
576. 405.

Duo in Christiano cum S. Augustino considerari
possunt, quanti valeat, et quid illi promissum debeat,
quid à Deo acceperit, et quid illi promissum sit; gratia
et vota Baptismi sui; excellentia et sanctitas voca-
tionis suae.

Sermo Secundus.

Nonne Moyses dedit vobis Legem? et nemo
ex vobis facit legem. Joan. 7.

Pro fer. 3. 4.
habdom. in
quadragesima.
592. 424.

Quamvis ea omnia, quae de violentia, quam sibi
quisque facere debet ad Christiane vivendum dicun-
tur, vera essent; haec sufficiens et bona ratio non
esset, ne Christianè vivere teneamur; sed oportet, ut
violentia, quam sibi quisque facere tenetur, quò tan-
quam verus Christianus vivat, ad illum excessum, qui
dicitur, et quem sibi quis ob oculos ponit, protanda-
tur.

Documenta moralia..... 606. 441.

Supplementum..... 630.

Cultus Dei.

Utilitas ipsum bene colendi ipsique Servien-
di. Varii characteres illorum, qui ipsum colunt
etque Serviant; eorum tepor et fervor in cultu,
quam ipsi exhibent.

Pro Dom. 1^a
Quadragesima.
634. 471.

Sermo Primus.

Scriptum est Dominum Deum tuum adorabis,
et illi soli servies. Matth. 4.

Inter omnes Dominos Solus Deus jure nobis dicere
potest, ut ei et quidem bene serviamus: attamen
inter omnes Dominos Saepè Deus est, cui minus bene
servitur. Quibus fundamentis nitatur obligatio ser-
vienti Deo, et quousque protandatur. Unde pravari-
cationes idæ et infidelitates ad eò frequentes in cultu,
qui ipsi exhibetur, proveniant.

Sermo Secundus.

Stans super idam imperavit febrim, et dimisit illam;
et continuo surgens ministrabat illis. Luc. 4.

Status indolentiae et teporis in cultu Dei est Christi-
anorum summè fatalis. 1^o quia est apertum signum ini-
quae vitae. 2^o quia est trista praesagium malae mor-
tis.

Documenta moralia.

Supplementum.

Pro Dom. 5. Qua-
dragesima.
646. 484.

658. 496.
674.

Sermus Secundus.

D.
Derelictio Dei.
Peccator à Deo derelictus.

Sermo Primus.

Ego vado, quareatis me, et in peccato vestro morie-
mini. Joan. 8.

Quando Christus ait Ego vado, quareatis me et in
peccato vestro moriemini. Ex his verbis gravissima
documenta erui possunt circa peccatores quos derelin-
quit. Hos peccatores quaerit, ipsi cum fugiunt, et
tandem ab illis recedit. Quaerit hos peccatores, est amo-
ris exsuperantia, ipsi cum fugiunt, est ingratitudeis ex-
superantia; ab ipsis recedit, est tristis ultionum sua-
rum effectus: et inde dignoscitur, quam agere nos deserat,
violentia, quam illi ~~inferimus~~ inferimus ad nos dese-
randum, et infelix status in quem labimur, quando nos
deseruit.

Sermo Secundus.

Si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quae ad
patrem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia
venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo....

Pro Jer. 2. 1^a vel
5^a heb. in
Quadragesima.
j. j.

Pro Dom. 9. post
Pentecosten.

coquod non cognoveris tempus visitationis tuae. Luc. 19. 8. 17.

Peccatum hominis, quem Deus derelinquit, est quod noluerit cognoscere visitationes ipsius, easque quando potuit ad bonum usum convertere: et infelicitas hujusce hominis consistit in eo, quod non amplius a Deo visitatur nisi in ira sua. Deus remotus ab improbitantibus peccatoribus per denegationem gratiarum suarum. Deus praesens his peccatoribus per exercitium vindictarum suarum.

Documenta moralia	20. 25.
Supplementum	36.

Detractio.

Calumniæ, Maledicentiæ, Peccata lingua, Cavillationes, Judicia temeraria &c.

Sermo Primus.

Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, et demonium habes? Joan. 8.

Pro Dom. Sopronis. 40. 47.

Maliguitas et Superbia Detractionem affirmant in corde per suspiciones et iniqua iudicia, qua de proximo foruntur. Ignavia Detractionem ad linguam defert per insignes Detractiones et injuriosos Sermones; et denique ad perdendum eos quos adoritur, sapè ad oppressionem et labem innocentia ipsorum.

Sermo Secundus.

Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones Seniorum? non enim manus lavant antequam manducant. Matth. 15.

Pro ser. 4^a 3^a heb. d. in Quadragesima. 52. 60.

Nunquam proximi sui fama obtractare est primum Christiani munus. Adhibere media ad reddendum proximo honorem obtractationibus labefactam apta, est secundum Christiani munus. Proximi sui fama obtractare est maximum peccatum, prima propositio. Nolle quantum possibile est, sarcire damnum ei per obtractationes illatum idem est ac nolle veniam peccati sui auipere.

Documenta moralia	66. 75.
Supplementum	88. 98.

Devotio.

Pietas veri et pseudodevoti, Religio Hypocritis &c.

Sermo primus.

Reddite quæ sunt ergo quæ sunt Caesaris: Caesaris, et quæ sunt Dei Deo. Matth. 22.

Pro Dom. 22. post cent. item pro ser. 4. 3^a in Quadrages. heb. 89. 99.

Omnia Omnis Devotio, quam interior Spiritus non vivifi-
cat et animat, fallax est et fraudulenta. Omnis de-
votio, quam sapiens et justa Subordinatio non divi-
git, non est nisi chimerica et inutilis. Cupitine ut
Solida sit et meritoria? curate ut sit aeterna, et mode-
rata ac bene ordinata. Si ficta Devotio externis inten-
ta est, vera interna curat atque ex corde provenit. Si
ficta Devotio Supererogatoris muneribus insistit,
is, quae praecipiti sunt, posthabitis, vera iis inten-
dit, quae necessaria sunt et statui suo essentialia.

Pro Dom. 1. post
Pentecost. pp.
104. 115.

Sermo Secundus.

Nemo potest duobus Dominis servire; aut
enim unum odio habebit, et alterum di-
liget, aut unum sustinebit et alterum con-
temnet. Matth. 6.

Multi arbitrantur se verè posse esse Devotos, et
tamen variis interspe consortiis, varias sibi tribuere
commoditates et voluptates. Arbitrantur se verè devo-
tos esse posse, et tamen non diligere nisi pietatem
plenam suavitatis et dulcedine. Hoc sermone refellun-
tur hi tres perniciosi errores.

122. 134.
138. 155.

Documenta moralia.

Supplementum.

Dives, Divitia.

Sermo Primus.

Homo quidam erat dives qui induebatur pur-
pura et bysso... Mortuus est dives, et sepul-
tus est in inferno. Luc. 16.

Pro Ser. 5. post
Dom. 2. Quadrage.
140. 156.

Interdum comparatio divitiarum est injusta;
Sapè illarum usus est flagitiosus; Semper fer-
me infelicitas ab ea est inseparabilis. Unde pro-
veniunt? In quam usum convertuntur? Quanam
auxilia conferunt?

155. 171.

Sermo Secundus.

Et erat mendicus nomine Lazarus, Luc. 16.
Malus et bonus pauper. Bravitates et infelix sors
plerumque divitum. Bonus usus in quem bona sua
convertere possunt. Commoda et felicitas paupertatis
Christiana. Omnia pium pauperem consolari debent:
quod patitur in vita, quod expectat in morte, et quod
post mortem felicitatem suam perficiet. Quod in vita
patitur meritum ipsius constituit; quod in morte ex-

petat gaudium ipsius facit, quod post mortem accipiat coronam ipsius facit.

Documenta	170. 183.
Supplementum	201.

E.
Ebrietas.

Regula, excessus in usu voluptatum hujus vitæ; Temperantia et Sobrietatis regula.

Sermo Primus.

Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam.
Itaia 5.

Primo ex Ba-
hanalium die-
bus.
203. 1.

Sunt qui arbitrantur, quod omni occasione bibe-
re, bibendi consuetudinem contrahere atque vinum
immoderate sumere non adeo magnum peccatum sit
ac dicitur; et sunt alii, qui sibi imaginantur, quod
certis quibusdam occasionibus sit innocens voluptas et ho-
nestum oblectamentum. Deus tam illos quam istos condem-
nat, atque ebriosos intuetur velut infames peccatores
nisi terribilia infortunia ipsis prædicit: Hæ ratio-
ne ex una parte dispiciendum, quænam præcipua argu-
menta ebrietatem odiosam et infamem reddant. ac
respondendum vanis prætextibus, qui videntur illius tur-
pitudinem excusare. Omnia illos condemnant, nihil
illos justificat.

Sermo Secundus.

Ne solliciti sitis animæ vestræ quid mandu-
catis, neque corpori vestro quid intuemini:
Nonne anima plus est quam esca, et corpus
plus quam vestimentum. Matth. 6.

Pro Dom. 14.
post Pent.
216. 25.

Omnia Christianum impellunt ad Sobrietatem
et temperantiam oppositam excessui in usu volup-
tatum: et quia multi veniunt se regulis ipsius
subicere, hinc multi inveniunt errores in exercitio
gravis hujus muneris.

Documenta moralia g	231. 42.
Supplementum	252. 73.

Spiritus non
dulciter. omni
ordinatio
utilis. cupit
at sit aliter
Devotio exten
ex corde pro
muneribus
litis, vera in
suo essentiali
Dus.
minis bene
bit, et atten
abil et atten
pope esse
varias sibi
trantur se
gere nisi
or. Sermones
qui inducitur
us est dies
is?
tiam est
tios; S
arabilis.
tuntur?
Dus.
e Lazarus
tates et inf
sus in quem
felicitas prop
eram coelam
tat in morte
efficit. h
t i quod in

F.
Furtum.
 Et ejus species, usura, rapina, exactio ini-
 qua, fraus, injustitia in accipiendo et re-
 tinendo bona proximi, obligatio resti-
 tuendi ea.

Sermo Primus.

Profer. 2. hebdom.
 Sancta
 254. i.

Fur erat, et oculos habens, ea, qua mit-
 tabantur, portabat. Joan. 12.

Furtum est omnium peccatorum frequen-
 tissimum: et simul quod inter omnia peccata
 rarius remittitur.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 22. post
 Pentecost.
 269. 22.

Reddite qua sunt Cesaris Cesari, et qua sunt
 Dei Deo. Matth. 22.

Restitutio est absoluta et urgentis neces-
 sitatis.

Documenta moralia p.

Supplementum.

279. 39.
 308. 80.

G.

Gratia

Iprius necessitas, Excellentia, Vis, Suavitas,
 Operationes in anima: Gratia efficax, Gratia
 Sufficientis, Subtractio et Substitutio gratia-
 rum, p.

Sermo Primus.

Pro Dom. Sexa-
 gesima
 312. i.

Exiit qui seminat, seminare semen suum: et
 dum seminat, aliud cecidit secus viam, et con-
 culcatum est, et volucres coeli comederunt
 illud, p. Luce 8.

Tres magnas causas inefficacitatis gratiae et in-
 fidelitatis, quas homines ad eam offerunt, liberta-
 tem nempe, concupiscentiam, et Invidiam eorum.
 Libertas eorum ponit illos in omnimoda indifferen-
 tia ad bonum et malum; ipsorum concupiscentia
 magnam debilitatem ad bonum ipsis tribuit; Invi-
 dia ipsorum eis habituale et perseverans Studium
 ad malum relinquit. Lata via libertatis ipsorum
 illos perdit; Spina concupiscentiae ipsorum illos dis-

corpunt; petra inveteratarum ipsorum consuetudi-
num illos indurat. Anima levis et inconstans,
mentes mille curis implicatae et divisa, corda iniqua,
quibus tanta Siccitas quanta Duritia, talis est ca-
racter vester, tales sunt causa infidelitatis vestrae
ad gratiam.

Sermo Secundus

Dicit ei Jesus: Mulier si scires Donum Dei.

Pro Jac. 6. 4. heb.
in Quadrage.
325. 22.

^{Joan. 4.}
Sota gratia Scientia ad duo capita reducitur,
scilicet ut eam postulemus cum magna humilitate,
atque cum magno animo laboremus. Ut eam cum
magna humilitate postulemus, quia sine illa nihil
possumus, nec nobis debetur; ut laboremus cum ma-
gno animo, quia cum illa omnia possumus, atque si-
ne nostra cooperatione nos salvare non potest. Hu-
miliemus nos, prima ratio nobis gratiam consili-
andi, sine qua nihil possumus. Agamus et laboremus,
secunda ratio, ut in nobis gratia consilia adimplean-
tur, quae nihil facere potest sine nobis, p.

Documenta moralia. 361. 47.
Supplementum. 285.

H
Humilitas.

Vera et falsa humilitas, ipsius incitamenta,
caracteres, contemptus gloriae, p.

Sermo Primus.

Respondit non sum. Dixerunt ergo: Quis es, ut
responsum demus his qui miserunt nos? Quid
dixis de te ipso? ait: Ego vox. Joan. 1.

Pro Dom. 3. post
Pentecost.
387. 1.

Quid humilitatem reddat necessariam, quid eam
utilem nobis efficere possit. Ipsius incitamenta et
regulae.

Sermo Secundus.

Publicanus à longè stans nolabat nec oculos ad
coelum levare, sed percutiebat pectus suum dicens:
Deus propitius esto mihi peccatori. Luce 18.

Pro Dom. 5. t. post
post Pentecost.

Omnia conspirant ad nos humiles efficiendos, sive
nos ipsos consideremus tanquam homines et obligatos
vivere cum hominibus; sive nos ipsos contemplemur ve-
lut Christianos et ad felicitatem aeternam vocatos.

403. 13.

Documenta moralia. 415. 23.
Supplementum. 415.

Hypocribis

Falsa devotio.

Errores spirituales, dolus, falsitas humanarum virtutum.

Sermo Primus.

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth. 7.

Pro Dom. 7. post Pentecosten.

448. 56.

Perfectiones divinae cum majori contemptu ab hypocritis tractantur, quam ab aliis peccatis. Jura proximi ab hypocritis cum calidiori malignitate quam ab aliis peccatis violantur.

Sermo Secundus.

Quid me tentatis hypocritae. Matth. 22.

Pro Dom. 22. post Pentecosten.

462. 64.

Hypocritae mendaces et fraudulentis qui actionibus vestris et sermonibus decipitis, dicite esse ingenui et sinceri. Hypocritae vani et superbi, qui in vestris bonis operibus aliud quam gloriam Dei quaeritis, dicite grati esse ac fideles ad illi gloriam vestram devotendam.

Documenta moralia

476. 82.

506.

Supplementum.

Tomus Tertius

Indulgentia.

Jubilaeum.

Iniquis institutio, vera media illud lucrandi, et emolumenta, quae ex eo hauriuntur, p.

Pro exordio Jubilaei

Sermo Primus.

j. j.

Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et in eos, qui convertuntur ad cor. Psal. 84. Jubilaeum ex parte Dei est perfecta pax et exsuperantia misericordiae; sed ex parte nostra est obligatio ad sanctitatem et conversionem cordis.

Sermo Secundus.

Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem p.p.

Utrum poenitentia agenda sit ad lucrandum Jubilaeum: et quanam sit agenda. 21. 14.

Pro conclusione Jubilaei Sermo primus.

Et vos mundi estis sed non omnes. Joan. 13. 43. 28.

Gratia Jubilaei adeo magna est, ut felicitas eorum, qui illam acceperunt, satis exprimi non possit. Gratia Jubilaei à tot rebus pendet, ut merito credi possit, quod paucissimi illam suseperint.

Sermo Secundus.

58. 40.

Esto vigilans, et confirma cetera, quae moritura erant... in mente habes, qualiter acceperis et audieris, et serva. Apocalyp. 3.

Incentamenta, quae nos obligant ad perseverandum in gratia Jubilaei, et vera media, quae nos ad hanc perseverantiam perducere possunt. Memoria et gratitudo respectu praeteriti, vigilantia et attentio respectu futuri.

Documenta moralia. 76. 58.

Supplementum. 103.

Infernus.

Infelix aeternitas.

Damnatio, Dammati, poena Damni et Sensus.

Sermo Primus.

Mortuus est autem dives et sepultus est in inferno. Luc. 16. 166. 32.

Tria constituunt infelicitatem Damnatorum, memoria praeteritae suae felicitatis, Savitia praesentium suppliciorum, Desperatio mutandi Status pro futuro.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 19. post Pentecost.

Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Matth. 22. 171. 104.

Supplicia Damnatorum sunt Supplicia intolerabilia in sua Savitia, et aeterna in sua Duratione, inquit S. Bonaventura. Sunt sine consolatione et lenimento. Sunt sine termino et fine.

132. 116.

Documenta moralia. 147.
Supplementum.

Ingratitudo.
Oblivio beneficiorum Dei. obligatio,
et vera modia ea agnoscendi.

Sermo Primus.

Pro Dom. 13. post
Pentecost.
150. 134.

Non est inventus qui rediret, et daret gloriam
Deo, nisi hic alienigena. Luc. 17.
Nihil ita odiosum et tamen nihil ita commu-
ne ac ingratitude.

Sermo Secundus.

Pro Jer. 5. post
Dom. 4. Luce drag.
167. 152.

Imperavit febri, et dimisit illam, et continuo
Surgens ministrabat illis. Luc. 4.
Ad agnoscenda beneficia Dei oportet illum ho-
norare eique servire. Honorare Deum, et illi non
servire pharisaica gratitudo foret.

181. 171.
202. 140.

Documenta moralia.
Supplementum.

Invidia

Emulatio.

Tristitia de aliena prosperitate, ipsius
Caracter, effectus, p.

Sermo Primus.

Pro Jer. 6. post
Dom. Paschonis.
204. 199.

Collegarunt Pontifices et Pharisaei concilium, et
dicebant: Quid facimus? Quia hic homo multa si-
gna facit. Vos nescitis quidquam, nec cogitatis,
quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro
populo. Joan. 11.

Prohibitum est nobis invidere in proximo nostro
gratia prerogativas. Neque etiam nobis licitum est
in ipso invidere ~~in ipso~~ prerogativas naturae et
quod appellamus bona fortunae.

Sermo Secundus.

Pro Dom. Sep-
tuagesima

Tolle quod tuum est, et vade: volo huic novissi-
mo dare sicut tibi. An oculus nequam est,
quia ego bonus sum? Matth. 20.

In agendi ratione, quam tenent ii, quos Pater
familias misit in vineam suam, quando, quod no-
vissimi, qui non nisi per unam horam laboraverunt,
recipiant tantum quantum ipsi, agnoscimus agen-
di rationem et idioma invidiae; et in responsio-
ne quam ipsis dat Paterfamilias, quando ipsis dicit:
An oportet ut oculus vester nequam sit, quia bonus
sum? accipite quod vestrum est, et ite, vera invidiae
remedia intelligimus. Invidia commodis proximi
imitatur, id Christus oculum nequam vocat. Opor-

tet adorare Sapientiam ipsius, et contentum esse eo, quod donat, istud erit medium se ab hoc peccato sanandi, p.

Documenta moralia 236. 237.
Supplementum 256.

Ira
Iracundia, impetus,
Vindicta, Odium, p.
Sermo Primus.

Pro Dom. 4. post
Epiphaniam.
258. 261.

Domine Salva nos perimus. Matth. 2.

Datur ira subita et proceps, ira superba et arrogans, ira tenax et obstinata. Ira periculosa, quando proceps est, vocatur ira temperationis: adhuc periculosior, quando arrogans est, est superbia ira: sed infinita periculosior, quando obstinata est et perseverans; est ira pertinaciae et ultionis. Ad oppugnandam hanc passionem quid agendum? oportet se armare patientia et mansuetudine contra subitam iram illam et proecipitalem: humilitatis sensus cohibere arrogantis illius et superbae irae impetus; obstinata et perseveranti irae illi opponere exemplarem charitatem, quae aliorum defectus supportat.

Sermo Secundus.

Pro fer. 3. post
Dom. Passion.
270. 276.

Replati sunt omnes in Synagoga ira haec audientes, et succurrerunt, et eiecunt illum extra civitatem: ipse autem transiens per medium illorum ibat. Luc. 4.

Tenemus quantum possumus motus irae nostrae cohibere, tenemus etiam quantum possumus irae alterius cedere. Irasiri sapia magnum est peccatum. Cedere alterius irae, semper magna est virtus. Reprimere in sua anima motus irae suae, est obligatio Christiana. Mansuetudine sua mitigare iram et impetus aliorum est perfectio et eminentis virtus Christiani.

Documenta moralia 282. 299.
Supplementum 294. 312.

Judicium Temerarium.

Falsa suspicio, iniqua alienorum defectuum disquisitio; cogitationes famae proximi injuriosae, p.
Sermo Primus.

Pro Dom. 4. post
Pascha
296. 316.

Cum venerit Paracletus, arguet mundum de peccato, de, justitia, et de judicio. Jouan. 16.

Judicium temerarium est Deo et hominibus injuriosum; Deo, cujus auctoritatem usurpat, hominibus, quorum famam laedit.

Sermo Secundus.

Nolite judicare secundum faciem, sed rectum judicium judicate. Joan. 7.

Malignitas et praecipitatio illius, qui temerè judicat; infirmitas et impetus illius, qui temeritatem habet, judicandi.

Documenta moralia
Supplementum.

Pro Ser. 3. post
Dom. 4. Inadrag.
309. 333.

322. 349.
334. 365.

M.

Matrimonium

Sanctitas et dignitas Matrimonii; Ipsius munera, conditiones ad ea necessaria; pravitates et peccata conjugatorum; fidelitas, amicitia, et unio conjugalis Liberos educatio.

Sermo Primus.

Vocatus est Jesus et Discipuli ejus ad nuptias.

Joan. 2.

Dignitas et Sanctitas Matrimonii; indignitas quae saepe tractatur, ac in eo vitatur.

Sermo Secundus.

Ego sum Pastor bonus. Joan. 10.

Parentes tenentur efformare liberos suos ad pietatem, et ipsos pro vobis educare; Studere ipsorum collocationi temporali, et eis quoad mundum bona, quae possunt, officia reddere.

Documenta moralia.
Supplementum.

Pro Dom. 2. post
Carcha.
346. 19.

360. 38.
382.

Misericordia

Ipsius agendi modus in conversione peccatorum et in Oeconomia nostra salutis. Gratia quas ab ipso accipimus et ipsius circa nos consilia. fiducia et timoris affectus, quos nobis inspirat.

Sermo Primus.

In novissimo die magnae festivitatis stabat Jesus et clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad me et bibat. Joan. 7.

Misericordia Dei et fidelitas hominis ad ei respondendum.

Pro Ser. 2. post Dom.
Pro Dom. 3. post
Epiphani. passion.
385. 73.

Ser
Multi ab op
beat cum Ab
rum: filii
terres. M
Iniquis con
mialis divina
sentes, com
bus aureset.
Dourme
Supplem
Cognitio
M
Memento
rem reve
Morendum
Christiani n
Bene mor
paravant;
oportet, no
Factum es
toretur ab
est aut
no. Luc. 16
Nos Justor
peccator
Dourme
Supplem
Obligati
que nos o
quem fac
Salutem

Sermo Secundus.

Multi ab oriente et occidente venient et reu-
bent cum Abraham Isaac, et Jacob in regno celo-
rum: filii autem regni eijicientur in tenebras ex-
teriores. Matth. 8.

Pro Dom. 3. post
Epiphani. et pro
Jan. 5. post Dom.
Quinquagesima

Insignis contentus comitatur infidelitatem
ad gratias divinae misericordiae. et quo major est iste
contentus, eo majorem iram et vindictam pecca-
toribus accersit.

398. 85.

Documenta moralia

410. 99.

Supplementum

431.

Mors.

Cogitatio et consecutiones mortis.

Mors justorum et impiorum,
preparatio ad mortem.

Sermo Primus.

Memento homo quia pulvis es, et in pul-
verem reverteris. Genes. 3.

Pro Jan. 4. Ci-
nennum.

433. 128.

Moriendum est, id sciunt veri Christiani;
sed Christiani rudes id non sciunt, prout scire oportet.
Bene moriendum est, veri Christiani ad id
se preparant; sed rudes et mundani ad id, pro-
ut oportet, non se preparant.

Sermo Secundus.

Pro Jan. 5. post
Dom. 2. Qua-
ragesima.

Factum est ut moreretur mendicus, et por-
taretur ab Angelis in sinum Abrahae: mortu-
us est autem et dives, et sepultus est in infer-
no. Luc. 16.

445. 143.

Mors justorum nihil nisi desiderabile habet,
mors peccatorum nihil nisi terribile habet.

Documenta moralia

458. 158.

Supplementum

487.

O.

Occasiones.

Obligatio quam habemus fugiendi occasiones
quae nos ad peccatum inducunt: bonus unus-
quem facere debemus earum quae ad nostram
salutem et perfectionem conferre possunt.

Pro Dom. 24.
post Pentecost.
486. 1.

Sermo Primus.
Qui in Judaea sunt fugiant ad montes; et qui
in tecto, non descendat tollere aliquid de do-
mo sua. Matth. 24.

Fugite occasiones peccati, si velitis gratiam re-
cuperare quam amisistis, et conservata illam quam
accepistis.

Pro Dom. 8. post
Pentecosten.
496. 20.

Sermo Secundus.
Filius hujus saeculi prudentiores sunt, filius lu-
cis in sua generatione.

Uti opportunè occasionibus quas Deus nobis
offert ad nostram sanctificationem, est signum con-
summatae prudentiae, et negligere has occasiones
est effectus deploranda coecitatis.

506. 41.

Documenta moralia.

523. 69.

Supplementum.

Oratio

Oratio vocalis et mentalis
Necessaria ad eam preparationes, fructus qui
ex ea colligi possunt, diversi characteres eorum,
qui bene et male orant.

pro Jer. 6. post Dom.
i. Quadrages.

Sermo Primus.

Mulier Chananaea à finibus illi aggressa clamavit
dicens ei: miserere mei Domine fili David. Matth. 15.

524. 74.

Quo animo affectos nos esse oporteat ad bene oran-
dum: et regula, quas observare debemus ad obtinen-
dum effectum precum nostrarum.

Pro Dom. 2. post
Pentecost.

536. 89.

Sermo Secundus.

Siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit
vobis, usque modo non petistis quidquam in
nomine meo: Petite et accipietis. Joan. 16.

Petite, inquit Jesus Christus, en quod orationem
necessariam reddit: usque modo non petistis
quidquam, en quod eam reddit inutilem: Peti-
te et accipietis. En quod efficaciam reddit.

547. 106.

Documenta moralia

558. 131.

Supplementum.

Tomus Quartus.

P.
Providentia
Dei.

Curae ipsius et consilia; si fiducia quam in ipsam habere debemus cum perfecta ad ipsius dispositiones resignatione.

Sermo Primus

Cum sublevarisset oculos Jesus, et vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum unde emamus panes ut manducant hi? Joan. 6.

Pro Dom. 4. Quarta
Trag. et 6. post
Pentecosten
i. i.

Magnis premimus necessitatibus, sinceram fiduciam habeamus in Providentia Dei; nobis magna prestat beneficia; habeamus erga illam humilem et perfectam gratitudinem.

Sermo Secundus.

Bene omnia fecit. Marci 7.

Cocitas et infelicitas eorum, qui insurgunt adversus providentiam divinam; Sapientia et felicitas eorum qui se ipsius agendi rationi tradunt.

Pro Dom. 13. post
Pentecosten.
ii. 24.

Documenta moralia.....	24. 50.
Supplementum.....	39. 74.

R.
Relapsus.

Miser Status illorum qui in peccata sua relabuntur, necessitas perseverantia christiana et media eam acquirendi.

Sermo Primus

Fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Luca 11. v. 26.

Pro Dom. 3. Quarta
Trag. vel pro
Ser. 4. post Dom. i.
Quartages.
41. i.

Relabendo in peccata nostra tanto magis inexcurabiles et pejores finis: Relabendo in peccata nostra, relapsibus nostris Deum nobis minus propitium et minus propensum ad ea indulgenda efficiamus. Crimen inde majus fit, et venia difficilior.

Pro far. 2. Bas.
Sua.

Sermo Secundus.

Coegerunt illum dicentes: mane nobiscum,
quoniam advesperascit et inclinata est jam
dies. Luca 24.

Sicut nihil ita fatale est Christiano quam va-
lapsus, ita nihil ei adeo favens est, quam perseve-
rantia in gratia quam accepit. Haec perseve-
rantia ipsi necessaria est ex multis rationibus, tene-
tur etiamnum adhibere media apta ad illam obti-
nendam.

Documenta moralia.

67. 50.
82. 81.

Supplementum.

Respectus Humani.

Coeuitas et ignavia eorum, qui se ipsos illorum
manipula efficiunt. obligatio imposita mili-
bet Christiano magis Deum timendi quam
homines.

Sermo Primus

Murmur multum erat in turba de eo: quidam
enim dicebant: Quia bonus est; alii autem
dicebant: Non: Nemo tamen palam loqueba-
tur de eo, propter metum Iudaeorum. Joan. 7.

Cum in rebus, ubi agitur de obsequio munere
suo, parum curamus quid mundus sentiat, falsum
est dicere, quod verum illius contemptum nobis ac-
cessamus: verum quamvis hoc verum esset, iusti-
tia et pietas christiana exigunt, ut potius con-
tentui nos exponamus, quam ut vel minimum
quid agamus contra consuetudinem nostram.

Sermo Secundus.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus; ani-
mam autem non possunt occidere: sed potius
timeate eum, qui potest et animam et corpus
perdere in gehennam. Matth. 10.

Deum timere est vera ratio resistendi omni ter-
tationi reptum humanorum. Est apertum si-
gnum, quod quis timorem Dei pro oculis non habeat.

Documenta moralia.

Supplementum.

Pro far. 4. post
Dom. Baphionis.
83. 83.

Pro Dom. 18. post
pent. itam pro
uno martyre.
96. 108.

4 Susembarz
tentationi res-
piciunt huma-
norum,
108. 130.

123. 154.

Salus.

Obligatio et media illam operandi. Quo animo affectos esse oporteat illos, qui ei incumbunt. Obstacles, quae vincere debent, et errores, quos vitare debent, ut Salutis suae opus eis ad vota succedat: facilitas et difficultates, quae in eo occurrunt.

Sermo Primus.

Erunt prava in directa, et aspera in vias planas, et videbit omnis caro salutarem Dei. Lucas 3.

Pro Dom. 3.
Adventus
125. 1.

Magnas facilitates invenimus operandi salutem nostram sive respectu Dei, sive status nostri, sive temporis. Respectu Dei, nobis dat gratiam suam ad salutem nostram operandam; respectu status nostri, conditio, in qua nos posuit, media suppeditat ad eam operandam; respectu temporis, nullum est, in quo salutis viae nobis absoluta sint clausae.

Sermo Secundus.

Venit Joannes in omnem regionem Jordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Lucas 3.

Pro Dom. 4.
Adventus.
139. 31.

Facilitas salutem aeternam consequendi non est adeo magna ac arbitramur. Si Deum offendimus, magna ei nobis praestanda sunt satisfactioes, prima ratio difficultatis salutis. Si mundum dileximus, et adhuc diligimus, magna nobis rumpenda necessitudines, secunda difficultas salutis.

Documenta moralia 150. 54.

Supplementum 166. 82.

Scandalum.

Scandalum activum et passivum.
Bonum et malum exemplum.

Sermo Primus.

Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Luc. 7.

Pro Dom. 2. Adv.
et pro Dom. in-
fra oct. Ann.
167. 83.

Datur scandalum, quod Theologi passivum nuncupant, et aliud, quod activum vocant; ambo sunt iniustissima. Nihil in Jesu Christo est quod nobis exemplo et documento esse non debeat; iniuste ergo respectu nostri potest esse obiectum scandali. Nihil

agere debemus, quod non referatur ad gloriam Jesu Christi, et bonum exemplum præbeat fratribus nostris: Injustè ergo ei et fratribus nostris anam candidi præbimus.

Sermo Secundus.

Profer. 3. 2^o heb
Dom. in Quadrage.
178. 112.

Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Matth. 23.

Nos tenemur nos utiles efficere iis, quibus cum vivimus, et magnum arcumam ipsis bona præstandi obsequia est, si ipsos ad Deum bonis exemplis Ducamus. Debemus Deo gloriam, quam meretur conciliare; et vera ratio id præstandi est vita pia et exemplaris.

Documenta moralia

Supplementum.

190 130
205. 156.

J.

Templa.

Sanctitas locorum Deo consecratorum, irreverentia et impietates, quæ in iis perpetrantur: magna mysteria quæ in illis peraguntur, caeremonia et actus Religionis quæ in iis exercentur.

Sermo Primus.

Pro Dedicatione
Ecclesie. Item
pro fer. 2. post Dom.
4. Quadrages.
207. 1.

Elegi et Sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneat oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus. 2. Paralip. 7.

Si Tempia sunt loca quæ Deus elegit ut in iis honoratur, oportet ea ingredi in Spiritu Religionis ad exhibendum ei honorem, qui ipsi debetur. Si Tempia sunt loca, in quibus oculos et cor suum aperit ad audiendas orationes fidelium, oportet ea ingredi in Spiritu collectionis et fiducia, ut accipiantur gratia, quos misericordia ipsius illis offert.

Sermo Secundus.

Pro festo Corporis
Christi.
218. 28.

Sibi sacrificabo hostiam laudis et nomen Domini invocabo. Psalm. 115.

Christus Jesus est in nostris Ecclesiis verè præbens sub hostiis consecratis, et ibi adest ut nobis benediciat et preces nostras audiat; et hæc Ius imita-

menta debent impellere veros fideles, nec Eulasias istas adeo desertas, ac sapè sunt, relinquant. Jesus Christus ibi adest velut in throno Majestatis Suae et gloria; oportet ergo eas ingredi ad offerenda ei laudis sacrificia. Jesus Christus ibi est velut in throno misericordiae et magnificentiae Suae; oportet ergo eas intrare ut illum in auxilium nostrum vocemus.

Documenta moralia 229. 48.
Supplementum 241. 72.

V. Verbum Dei.

Iprius dignitas et utilitas: modò illud audien-
di cum fœctu, obstacula quae ei opponentur;
mala quae sibi accersunt ii, qui illud audire
et custodire negligunt.

Sermo Primus.

Beati qui audiunt verbum et custodiunt illud.
Luca ii.

Pro Dom. 3.
Quadrages.
242. 7.

Frustra salvari contendimus, nisi audiamus ver-
bum ~~verbum~~ Dei, et frustra illud audimus, nisi illud
ad bonum usum convertamus.

Documenta moralia
Supplementum.

Sermo Secundus.

Qui habet aures audiendi audiat. Luca 9.

Pro Dom. Sena-
gesima
255. 21.

Inefficitas Verbi Dei provenit modò à defec-
tu pietatis et unctionis, modò à defectu tranquilli-
tatis et agendi rationis ab omni cupiditate aliena.

Documenta moralia 268. 35.
Supplementum 291. 68.

Veritas.

Iprius pulchritudo et fortitudo: coecitas et in-
justitia illorum, qui eam dicere volunt,
ei resistunt, eamque odio prosequuntur.

Sermo Primus.

Si veritatem dico vobis: quare non creditis mihi?
Joan. 8.

Pro Dom. 5.
Quadrages.
293. 70.

Qui scit veritatem eamque retinet, ibi facit in-
juriam; qui veritatem impugnat nec eam credit,
quando profertur, ibi interdum majorem adhuc infert

injuriam. In aliquibus est maligna dissimulatio aut gelidum silentium. In aliis est obstinata repugnantia vel callidum subterfugium. Veritatem dicere quando scitur, eam credere quando auditur, sunt duo munera Christiani muneris: nihilominus sapienter qui illam sciunt eam reticent, nec eis quibus dicitur aridet.

Sermo Secundus.

Dixerunt ei: Numquid et nos coeci sumus? Dixit eis Jesus: Si coeci esatis non haberetis peccatum, nunc autem dicitis quia videmus, peccatum vestrum manet. Joan. 9.

Nobis adulescimus nos veritatem cognoscere, et tamen illam nobis occultamus; quanta coecitas! Quamprimum hac coecitate percussi sumus, in peccata labimur ordinarie irremissibilia; quantum infortunium! Qui ergo coecus esse vult, coecus sit; homo ~~is~~ incipit, Deus finit.

Documenta moralia.

Supplementum.

Vocatio.

Obligatio eam a Deo postulandi, et in ea fideliter persistendi: quam magni intersit vitam statum bene eligere: media et praecautiones necessariae ad evitandam improbam status electionem.

Sermo Primus.

Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur; ingredietur et egredietur et pasua inveniet: for non venit nisi ut fuerit et mactet. Joan. 10.

Nihil est periculiosius, quam sibi ad arbitrium facere vocationem; et tamen in agendi ratione, quam plerique tenent, nihil est communius. Multum intersit bonam facere electionem; ~~et hoc in agendi ratione~~ omnesque possibiles adhibenda sunt praecautiones ne mala fiat.

Sermo Secundus.

Quaecumque dixerit vobis facite. Joan. 2.

Sunt qui statum suum fortiter tenent illum mutare volunt; hi sunt homines tristes et inquieti indolis; sunt qui in suo persistente illius munera non adimplent; hi sunt homines inconstantes et desidiosi. Sed quomodocumque deum res eveniat, quamvis ad statum, in quo sunt, recte vocati fuerint, quomodo in eo salutem consequantur. Namque si non habentes legitimas rationes statum illum in quo sunt, de serendi, in eo persistent. Namque si permanentes in suo statu, in eo laborant, illiusque omnia munera obtinent.

Documenta moralia

Supplementum.

Pro ser. 4. post
Dom. 4. Quadrages.
303. 84.

315. 96.
333. 122.

Pro ser. 3. post
Pentecostan.
334. 124.

Pro Dom. 2. post
Epiphaniam
347. 138.

359. 149.
378. 170.

a diffinitio
obtinata
Veritatem
audire, sed
lominus
tribus dicitur

us.
mei sumus. Hic
baretis peccatum
peccatum

agnoscere, et
ocitas. Quam
ata labitur
tumum! In
cipit, hanc

and, et in
intergit
et prae
bam stat

us.
introierit, h
parua in
malet. J
ad arbitrium
ione, quam
tum inter
agere, ut
cautiones

us.
ca. Joas.
las idem
ndolis; h
implent; h
ed quom
in quibus
consequen
atum idem
momenta
at ob

